



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

37 In consilijs liberas consultantium voces admittere & liberè sententiam
sui animi depromere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

quis, quam piū erga meos esse cupitis? Ego diu-
 ritas non ita amo, vt impijs consilijs persuasus, pro-
 pter eas indignum facinus perpetrare velim. AEn.
 Syl. 3. de gestis Alph. Docere voluit, consilium
 pessimum, cumque crudelitate coniunctum, à
 Principibus reiiciendum esse, nihilque consilia-
 riorum persuasione faciendum, quod Principis
 Maiestatem lædere, eiusque nomen bonamque
 famam obscurare apud subditos possit. Rectè e-
 nim ait Isocrates, Orat. de pace: Non aliorum cō-
 silia duntaxat otiosè audienda sunt, sed ipsi quoque
 diligentissimè de rebus cogitare debemus. Et Seneca
 in Epist. Sapientis est examinare consilia, &
 non citò facili credulitate ad falsa prolabi.

SIGNVM XXXVII.

IN CONSILII LOQVENDI LIBER-
 tatem, (liberas consultantium voces,) ad-
 mittere, & liberè animi sui sen-
 tentiam promere.

In consilijs
 libertatem
 loquendi
 admittere.

Tyrannorum est hanc libertatem eripere, vti
 sequens docet AEsopi Apologus: Leo, qui
 representat imaginem Tyranni, quondam ægro-
 tabat iuxta congeriem cadauerum: habitabat e-
 nim in spelunca admodum fœtida, cuius fœtor
 omnium prætereuntium nares offendebat. Cùm
 igitur inter reliqua animalia primus ad inuisen-
 dum Leonem iuisset Vrsus, qui parum ad ciuili-
 tatem assuefactus erat, interrogauit eum Leo, of-
 fenderetur ne fœtore spelunçæ? respondit ille
 & aperte suo more: Profecto ego vix pos-
 sum

Herod. 7.

sum tolerare hunc foetorem, malim procul hinc
 esse, quam diutius hic subsistere, & comorari
 propter nimiam καππητιαρ malè multa
 sed ita tamè, vt eius vitæ parceret. Secundū
 venit Lupus, qui territus exemplo Vrsi, id
 sentiret noluit dicere, sed magis Tyranno
 tiri, & interrogatus à Leone quid naribus pe-
 peret? delectari se odore eius & domicilij re-
 dit, ad eò vt non posset ei anteferre fragran-
 aromatū. Hunc mox in frustra cōcepit Leo,
 pter imprudentissimā assentionē. Postea
 & Vulpecula salutans Regem & dominū, qua-
 terrogata super eadem quaestione, respondit
 non posse discernere bonū odorē à foetido,
 eo die ambulasset in nebulis, & laboraret
 ta. Fabula est, sed sub cuius cortice latet doctri-
 qua docet quàm difficile sit viuere moribus
 rannorū. Aperit quis mentē suam, & dicit
 offendit: assentitur Tyranno, etiam peccat,
 rumq; grauius: siquidē omne id, quod prae-
 ritatē, adulandi causā fit, in suspitionē
 Dio lib. 58. Sic Iulio Casare dominationem
 to, libertas ciuibus Romanis erepta fuit.
 Cic. ad Sulp. scribit (li. 4. epist.) Hoc ipso me-
 tua, quā nostra cōditto, quod tu quid doleas
 re aude: nos ne id quidē tutò possumus. Videt
 l. 42. At boni Magistratus hāc libertatē admi-
 i. Augustus Casar si quid publicè delibera-
 proponeret, serid omnes cohortabatur, vt
 sibi consiliū aperirent, annuens eis omne libe-
 tē Dio lib. 53. Timor enim nūquam fidele con-
 daturus est. Seneca li. 6 de Benef. c. 17. Pauidi
 filia in incerto sunt. Facit. 3. hist. Hinc idē
 Nus in causis grauioribus, quod suatum ei

conate, sententias non palàm rogabat; sed (quò magis liberè dicerent) in tabellis eas scriptas ad se solum, ne cui alij innotescerent, perferri iubebat, sed & lectas statim deleri. *Dio lib. 52.* Idè olim factum in Areopago.

Hadrianus Caesar non àgrè ferebat admoneri & corrigi vel ab humili persona. *Dio Cassi.* Rectè enim ait Seneca epist. 9. *Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, non aliter, quam scintilla, flau leui adiuta, ignem suum explicat; erigitur virtus, quæ tacta est & impulsæ.*

Cavolus V. Imp. dicere solebat, primùm prudentiæ gradum esse, firmum propositum non errandi, secundum auscultare cum patientia & bona mente veritatem, præsertim cum ea resultat in bonum eius, cui instillatur. *Bart. de Bartolini disc. 10.* Sic dicebat *Imp. Theodosius de Ambrosio:* *AEgrè tandem reperi veritatis magistrum.*

Diuus Ludouicus Gallia Rex filio inter catececa bene regnandi præcepta & hoc commendauit: *ut qui tibi sunt à confessionibus & consilijs, liberè adhaerent, doceantque quid in omnibus negotijs sequendum fugiendūque sit.* *Til lib. 2. rerum Gall.*

Artabanus ad Xerxem ait, apud *Herod. li. 7.* *O Princeps, nisi diuersè inter se sententiæ dicantur, nò potest quis eligere meliorè; sed necesse habet ea, quæ dicta est, ut: at cum plures dictæ sunt, licet tãquam aurum deligere: quod per se discerni cum nequeat, cõparatū cū altero discerni potest.*

*Greg. Naz. in Carm. requirit in Consiliario os liberum, ingentem charitatē, & rerum vsum. Qui enim libertate in dicenda sententiâ destitutus est, similis est militi ab armis instructissimo, qui dum pugnandū est, ex vagina gladium educere, hosteq; ferre non audet. Hinc *Syracides c. 37. v. 9.* monet*

Prin-

Principem his verbis: *A consiliario seruam tuam, &c. ne forte mittat sudem in terra* &c. hoc est, periculum rei faciat, & tentetur sit rei exitus futurus, sicuti sudibus & pallis acutis tentatur fundus terræ, qualis sit. Ethnicos Theopompus rogatus, qua ratione factum rectum regnum seruare queat, respondit: *Si iustam dicendi libertatem Principi tuis permittat, & subditorum, quoad fieri vindicet iniurias.* Plut. Huc & Solonis dictum collimat: *Consulenda non quæ suauissima, sed optima.* Seneca autem 6. de Benef. cap. 3. *Monstrabo tibi cuius rei inopia laborent fastigia, quid omnia possidentibus desit, scilicet, qui verum dicat, &c.* Subijcit exemplum xis cap. 31. cui, cum bellum Græciæ indidit, alij è Consiliarijs alia per adulationem comabant: vnus Demaratus Lacedæmonius notatus est veritatem patefacere. Quamobrem xes, post infelicem belli exitum, pletuam quam damno, inquit Seneca, miserior. Demarato gratias egit, quod solus sibi verum dixisset, & permisit petere quod vellet.